ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 32r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift





qui circumcisus est labiis; adhibete ergo etiam labiis falcem.
et oris operimenta desecate. quando quidem talis uobis in
diuinis litteris conplacet intellectus; Quod si circumcisionem
labiorum ad allegoriam reuocatis et circumcisionem aurium nihil
ominus allegoricam dicitis et figuralem. quomodo non et in cir
cumcisionem praeputii allegoriam requiritis. sed illos qui
dem quia dilloz modum aures habent et non audiunt. et
oculos habent et non uident. Omittamus; Vos autem populus
dei. et populus in adquisitionem electus ad enarrandas uir
tutes domini. suscipite dignam circumcisionem uerbi dei in au
ribus uestris. et in labiis et in corde. et in praeputio carnis uestrae.
et in omnibus omnino membris uestris; Circumcisae namque
sint aures uestrae secundum uerbum dei. ut uocem non recipiant obtrec
tantis. Ut maledici et blasfemi uerba non audiant.
ut falsis criminationibus mendatio irritationi non pateant.
Opilentur et clausae sint ne iudicium sanguinis audiant.
aut in pudicis canticis et theatralibus sonis pateant. ni
hil obscenum recipiant. sed ab omni scena corruptionis
auersae sint; Haec est circumcisio qua ecclesia xpi aures
suorum circumcidit infantum. iste credo sunt aures quas in
auditoribus suis dominus requirebat dicens; Qui habet au
res audiendi audiat; Nemo enim potest in circumcisis auribus
et in mundis. munda uerba sapientiae et ueritatis audire;
Ueniamus si uultis et ad labiorum circumcisionem; Ego